



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Intra, infra, vide extra, iuxta, vide apud.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

omnes homines puto. Infra & supra aduerbia sunt, ut sedemus, tu supra, ego infra, testis est Nebriss. Intra ꝑo nō, quia dicimus intro & intus. Extra aduerbia scit. Perli. Extra meijte. Cōpositionē ingredi tur extra, ut extrarius ex alia familia. extraneus ex alia regiōe, sed de riuata magis sunt q̄ cōposita extraordinarius &c. De intra multa Gelli dicit em significare in, sed arctius paululo, ut inra domū est q̄ in aliqua parte, quę terminis domus claudit. Inter te & me ē murus, notū est. pueri inter se amāt. i. mutuo. inter nos amamus rustice exprimere nūs, sic inter uos amatis. Hinc sunt inter hęc, inter ea, interrim quę idē sibi uolunt. Interim Fabianū est sed elegans pro quāq̄. Quinti. Sed interim excusant hęc uitia. Interdiu. i. in die, internūtius, intercludere, intercapedo &c. sed introcludere ab intra est.

**Intra, infra, uide extra, iuxta, uide apud.**

Ob. i. per uel ꝑ, ut ob uirtutē, quāobrem. Virgi. iij. haud quāq̄ ob meritū. In cōpositiōe significat cōtra, ut oppono. & circa, ut ob ambulo, aliq̄ndo significat ad. ut Calepi. declarat. Pone quādo gra uem accentū habet ꝑpositio, uel aduerbiū est, & significat post. Vir gi. Pone subit coniuū, serimur ꝑ opaca locorū. Vale. Maxi. li. i. Mox humani ingenij prona uolūtate uetita scrutandi pone respiciēs. anī maduertit immēse magnitudinis serpētē, cōcitato impetu omne quic quid obuiū fuerat, proterentē. Hic nota regulā esse equiuales gemis nis &c. omni quicquid ꝑ ome quid Nebris. mirat pone esse annumeratū ꝑpositionibus ab Donato, & alijs, quū nuscq̄ inquit, legat cum casu, sed fallit homo. Plau. in Penu. Pone nos recede, & paulo post, faciunt scurre quod cōsueuerunt, pone sese hoies locant. Idem. I tu ꝑ uirgo, nequeo quod pone me est seruare. Idem. pone edem castoris.

Per forū, diē, fenestrā & similia sunt. Nota ꝑ me, id est solus. Hoc ꝑ me didici dicere cæsar aue. Præcepta citra exercitationē ꝑ se nihil ꝑ sunt, id est sola. Virgi. in. i. geor. Circū ꝑꝑ duos in morē fluminis ar ctos, id est inter duas, testis est Nebris. Per te uiuo, id est te auspice, uel tuo auxilio. Caro in re rusti. Cōterito in mortario ꝑ se utrūq̄, id est separatim utrūq̄. Per Herculē iurātis uel obtestātis est. Virgi. Per te per q̄ te ralem genuere parentes, per meos amicos obtinui. i. auxilio amicorū. Cice. Q. ꝑ me certior fias. i. me operāte, per me nō stetit q̄minus doctior euaderes. i. ut uulgus loquit. nō fui in causa q̄ &c. Cor. Tacitus in Orat. Nolo coruinū insequi, quia per ipm nō stetit quominus exprimeret &c. Per agros crescit herba, est elegantia, ait Lanci. In cōpositione uarie significat, aliquādo quidē mediū, ut per luceo, quod etiā pelluceo dicit, quādoq̄ ualde, ut perdoctus, idē fa

## Ioannis Despauterij Niniuite

cit præ in paucis, ut prædiues, prædulcis, præfulgēs, præclarus, prædur  
 rus, præcultus, prælongus, & si qua sunt alia, & uerbis peruenio, per  
 cupio, perplacet, Calepi. dicit reperiri cum suplatiuo, sed inædolum  
 est, aut non imitabimur si semel atq; iterū inueniatur. Colu. lib. iiii.  
 Nam credidisse uillicis uel etiā uiciniori, socordis est, quū quod lon  
 ge sit facilius, adhuc perpaucissimis agricolis contigerit, ut nigri uini  
 stirpe careāt, idem de percq;. Curti. Percq; maximo potest exercitu cō  
 parato. Pernegat, ut perfidus, periurus qui fidē & q; iusiurādū fregit  
 Persequor qñq; etiā in bonū sumit. Itē dicit perfectionē. L. actā. Qui  
 legit perlegat, id est usq; ad finē legat. Sene. Leue est miseras ferre, p  
 ferre graue. Martia. Nam uigilare leue ē, peruigilare graue, agit reū  
 qui accusat, peragit qui conuincit. Multi scribūt & suadent, qui nec  
 pscribūt nec psuadent. Idē facit interim ex, ut orauī patē nec exora  
 re potui, id est oratū impetrare, si huius præpositionis cōposita recē  
 ferē uelīm, nimis ero lōgus, ut perdo, pernix, pertinax, peruicax, per  
 pessus, pāgro, perenno, perpluo, perfluo, per causam, per speciem,  
 id est simulate. Liui. lib. iiii. Vt quū appropinquaret ianue rex per  
 causam aliquā in augustijs sustineret a tergo agmē. Idem. Hi postq;  
 aliquid monerent colloquēdo cum Hannibale rati nocte per specie  
 uenādi urbe egressi, ad eū, psificiuntur. Multa sunt non inuilia, qbus  
 supersedeo, quā syntaxin solā hic proficor, tantisper, paulisper &c.  
 etiā per conficit, teste Lancilo. Prope graui accentu pronounciata  
 penultima, præpositio est, ultima ꝑo acuta, est aduerbiū & significat  
 fere, uide apud. Propter causam dicit, ut propter amorē, significat  
 etiā iuxta Teren. in Adel. Nimirū istoc abisti propter hunc assiste.  
 Virg. Et uiridi in campo templū de marmore ponā. Propter aquā.  
 Hinc sunt propterea, quapropter, id est propter quā causam, uel rē.  
 Scdm, id est apud, iuxta. Nā quod secūdo loco est prope est. Ser  
 uius Sulpi. Duo uulnera accepisse, unū in stomacho, alterū in capi  
 te scdm aurem, aliquādo significat post. Quintilia. Nam quod unū  
 mihi scdm patrem fortuna uidebatur parasse presidū, id ego spera  
 re in alia sorte non poteram. Cice. proxime autem & scdm deos ho  
 mines hominibus maxime utiles esse possunt. Aliquando significat  
 pro, ut scdm me iudicatū est. Gelli. scdm me lis data fuerit. Item Sue  
 to. in Aug. Affirmauit ipsum esse, cuius imago scdm quietē sibi ob  
 uersata sit significat etiā super, ait Calep. & ad æmulationē, ut scdm  
 Franciscū uiuo, id est similiter Frācisco, significat quoq; iuxta sentē  
 tiam, ut scdm Platonē &c., quod quid i etiā dicunt iuxta Platonē. In  
 uenio pro post aduerbialiter. Amphitrio. Plautinus, age i tu, secun  
 dum sequor. Post, uide ante. Serui. in illud, longo post tēpore ues

nit, longo post inquit multo magis, multo minus possunt dici dicti ones cōpōlitę figurę, aut est Archaismos, quod magis placet multis ideo diuersis accētibus moderantur. Trans, id est ultra, dicitur q̄ ad locū, in loco, & de loco, contra quosdā, ut Cōlū, non animū mutant qui trans mare currunt, ait Hora. Et Virgi, in Geor. Illas ducit amor trans gargara, transq̄ sonantē Ascaniū. Trano, trado, trāncio traduco perdunt ns quas alia retinēt, ut translātū, quod tamē apud doctos inuenio scriptū, tralatū, ultra interim aduerbialcit. ut quid ultra faciā, nescio. ultra famā, id est opinionē, significat q̄ multum, si cūt intra famā, quod est huic cōtrariū, significat citra famā. Quinti. Hortēsi scripta tm̄ intra famā sunt, ultimus, id est postremus, etiam significat primū q̄ ab ultimo si incipias, primus sine dubio reperiet. Virgi. li. viij. Tu sanguinis ultimus author. Hinc etiā sunt ultro, ut ab citra, citro, ultroneus &c.

### Ultra, vide trans.

Supra & sup̄ possunt fieri ab hyp̄ gręca p̄positiōe idē significante. nā aspiratio in s uertit̄ interdū ut hemi, semi, sic eēt syp, y aut i u uertitur q̄nq̄, ut Cyp̄sillus, cupressus, sic igit̄ sup̄, unde sup̄ eo pacto. Philēphus ab hyp̄nus facit sopnus, q̄a, p̄ u aliq̄n o positū ē, ut uult uolt, pulchrū polchrū, sed de his & alijs abunde in orthographia nostra tractatū uidebis. sup̄ igit̄ cōtinuū dicit, supra v̄o nō, teste Valla, si recte memini, ut sedēs sup̄ lapidē, sedet sup̄ terrā, ambulo sup̄ pontem & supra aquas. Christus etiā ambulauit sup̄ aquas, sup̄ caput meū est galerus, supra caput est nubes. Eodē mō differūt infra & subter. nā infra ad supra refert̄, subter ad ad sup̄, aliq̄n tm̄ differētia cōfundit̄ Augu. lib. vi. con. Nec ita erat sup̄ mētē meā sicut oleū sup̄ aquam, nec sicut cōlū sup̄ terrā. Liui. li. xliij. Vbi citra muros supra subc̄q̄ terram p̄ dies .xxv. pugnatū est. Tres supra uiginti. i. uiginti, & tres supra morē, modū aut iustū, id est ualde aut nimis ceciderūt in hoc bello supra duo hominū milia, id ē plusq̄ duo milia. Aduerbialcit, ut diligo te supraq̄ cuiq̄ est credibile, id est plusq̄. Pręter, id est cōtra. Terē. in An. pręter ciuiū morem, & ultra, ut pręter hęc sunt alia memoratu digna, pręter rationē, dicit exceptionē, de qua multa sibi fingunt dialectici recēiores, nam ueteribus omnia fere nostrorū dialecticorū egregia, scilicet documēta sunt ignotissima, dicimus ergo pręter cęsarē neminē diligo, pręterq̄ idem significat, sed aduerbium est copulans simile casus, ut nullius pręterq̄ tui sum studiosus, per pręter sic, nullius sum pręter te studiosus. Horatius. Grañs ingeniū